



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 51. Principes, atque illustres Viri hoc anno defuncti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII.
A. C. 1717.

§. LI.

Principes atque Illustres Viri hoc anno defuncti.

Nec hoc anno mortis invidia Viri ^{Epist.}
generis Nobilitate, & virtutum ^{Clem XI.}
præstantia inelytis pepercit. Hos in- ^{pag. 2242.}
ter primus occurrit Silvius Cavallie-
rius Atheniensis Archiepiscopus, qui
Congregationi de *Propaganda Fide* a se-
cretis erat. In Helvetia vero Leode-
garius ex Familia Burgisseria Lucernæ
natus S. R. J. Princeps, Comes & Do-
minus Toggenburgi in princiali Mona-
sterio Abbas S. Galli post inhumanas,
gravissimasque vexationes a Calvinistis
illatas, post quinquennale exilium, &
iniquam suæ Ecclesiæ, Abbatix, ac
ditionum deprædationem forti animo
toleratam tandem ad pacem æternam
transiit, hoc adhuc anno die decima
nona Maij paternis Papæ literis hono-
ratus, quibus ei Pontifex ob sacrilegia
in ejus Ecclesia ab Heterodoxis admilla
dolorem testatus, certiozem reddidit,
quod Caroli Cæsaris & Philippi Gallici
Regentis opem impense imploravit.
Obiere insuper Comitissa Sueffionis,
quæ post Mariti sui Ludovi Sabaudix
Principis in Landaviana obsidione tru-
cidati decessum ad Monasterium Mo-
nia-

Sæc. XVIII. nialium, cui *Belle Chaise* nomen, se con-
 A. C. 1717. tulit, & reliquos vitæ suæ dies usque
 ad extremum halitum ibidem pie trans-
 egit: Viennæ in Austria obiit Dux Nea-
 politanus de Matalonè S. R. J. Princeps
 S. C. M. Consiliarius intimus, in An-
 glia ex morbillis Argillæ Ducissa, Græ-
 cii Eggenbergius Princeps ultimus sui
 stemmatis. Genuæ Antonius Grimal-
 dus Reipublicæ Dux anno ætatis se-
 tuagesimo tertio: Parisiis Ducissa de
 Joyeuse & Ducissa de Duras, Chri-
 stianus II. octogenarius Comes Pala-
 tinus Rheni lineæ Birckenfeldensis, die
 secunda Maij Eugenius Holfatiæ Prin-
 cept, die decima tertia ejusdem Men-
 sis Philippus II. Hassiæ Landgravius,
 Anna Sophia Saxonæ Electoris con-
 jux Friderici III. Daniæ Regis Filia,
 Carolus Princeps Mansfeldius ex epi-
 lepsia, die nona Julii Comes de la Mar-
 che Princeps Regii sanguinis Contii
 Principis Filius, Susanna Elisabetha
 Alberti Ducis Saxo - Coburgensis Vi-
 dua, & Devlet Gheret Chamus Tar-
 tarorum, cui ejus Frater Sadet Ghe-
 ret successit.